

fol. 1<sup>r</sup>

Statuten

tim, si vocemini per iuramentum. 2<sup>o</sup> quod non revelabitis secreta universitatis. 3<sup>o</sup> quod dabitur sanius consilium in universitate, cum petitur a vobis.<sup>i)</sup>

[1v]<sup>4</sup> <sup>j)</sup>Item quod decetero in nulla bursa vel extra bursam per bursales habeantur exercicia alia seu resumpciones, quam unum exercicium generale et unum privatum, quodque nullus scholaris artetur per minas vel dispromociones vel aliquo alio modo, ut audiat ambo ista. Item quod, qui audiverit generale solum, det per annum tantum tres florenos. Qui audiverit<sup>k)</sup> privatum tantum, tantundem det. Qui audiverit ambo simul, det quinque florenos per annum. Specialia tamen pro bacalariandis et magistrandis fieri possunt, ita quod<sup>l)</sup> <sup>m)</sup>a tali bacalariando<sup>m)</sup> non recipiant plus <sup>n)</sup>ab uno<sup>n)</sup>, quam florenum et quartam partem floreni. Pro<sup>o)</sup> magistrando<sup>p)</sup> duos florenos et hoc ab illis, qui libere audire voluerint et qui per nullum coartati sint minis vel alio modo, ita tamen quod, qui eodem tempore audire voluerit privatum exercicium cum exercicio pro bacalariandis, non plus nisi de uno illorum pro rata persolvat.

<sup>q)</sup>Item quod decetero singulis festis collegii, que non sunt festa fori, eciam singulis vigiliis festivitatum et singulis sabbatis, demptis vigiliis quatuor maiorum festivitatum, corporis Christi, omnium festivitatum gloriose virginis Marie, omnium sanctorum, Iohannis baptiste, dedicacionis ecclesie sancti spiritus, Katharine et epiphanie et festis quatuor doctorum et diebus, quibus fiunt disputaciones ordinarie <sup>r)</sup>et quotlibeti<sup>r)</sup> in artibus, fiant exercicia generalia, <sup>s)</sup>ita tamen, quod per tempus quotlibeti non fiant<sup>s)</sup>.

<sup>t)</sup>Item quod omnia ista exercicia aut eciam lecciones vel resumpciones non fiant infra disputacionem cuiuscumque doctoris de facultatibus superioribus vel infra disputacionem ordinariam facultatis arcium nec infra collacionem aliquam in theologia.

Item quod<sup>u)</sup> et decetero nullus magister directe vel indirecte recipere debeat vel presumat a scholaribus, quos tempore lecture alicuius libri in sua

<sup>i)</sup> es folgen registerartige Angaben zum Inhalt einzelner folia bis fol. 238r, s. diese später in der Bandbeschreibung A <sup>j)</sup> Handw.; auf dem lk. Rd. mehrere Verweiszeichen z. T. in rotbrauner Tinte, die Buchstaben e f und auf dem re. Rd. als Numerierung 22 A <sup>k)</sup> folgt gekürzt tantundem gestr. A <sup>l)</sup> folgt pro bacalariandis gestr.; a bacalariando darübergeschrieben A <sup>m)...</sup> auf dem lk. Rd. A <sup>n)...</sup> über der Z. mit Verweiszeichen nachgetr. A <sup>o)</sup> gestr., dann über der Z. nachgetr. A <sup>p)</sup>-dis in -do geändert A <sup>q)</sup> auf dem re. Rd. als Numerierung 23 A <sup>r)...</sup> mit Verweiszeichen über der Z. nachgetr. A <sup>s)...</sup> unterstr. A <sup>t)</sup> auf dem re. Rd. als Numerierung 24 A <sup>u)</sup> folgt nullus gestr. A

<sup>4</sup> s. Winkelmann, Urk. 100, S. 146f.